

leant, quando enim aliquid diffusum, aut scissum parte aliqua refarcitur, non ex ab simili panno, vel tela assumitur.

131. Psalm. 16. Propheta verba in concione ne dicas.

Ambros.

David valde obnixè à Deo gratiam postulat: Ut non loquatur os meum opera hominum, Psal. 16. n. 4. Sed cor tantus Propheta hujusmodi locutiones tantum timet, ut ne verbum de operibus hominum in ore suo velit habere.

Matth. 4. n. 2. Illi autem statim relictis retibus, & parte, secuti sunt eum.

VERSIONES.

Syriacus. Illi autem statim reliquerunt naviculam, & patrem suum. Pagninus. Illi autem protinus, cum reliquissent navim, & patrem suum. Græcus. Relicta navicula, & patre suo, post eum abiierunt.

ALTER TEXTUS.

Marc. 1. n. 20. Et relicto patre suo Zebedæo in navi cum mercenariis, secuti sunt eum.

EXPOSITIO.

DESCRIBIT Evangelista, qualiter se habuere filii Zebedæi ad Christi vocationem. In quibus notanda est obedientia velox, expedita, spiritalis, & perfecta. Obedientia velox; quia statim Ecclesiast. 5. num. 8. Non tardes converti ad Dominum; ne differas de die in diem. Obedientia expedita; quia, relictis retibus, vel naviculam intelligitur, quod reliquerint omnia sua, & quæ artis piscatoriæ erant. Spirituales; quia relicto carnali patre, Marcus verò addidit, & relictis mercenariis, nempe piscatoribus, ad opitulandum mercede conductis, Secuti sunt eum: Ecce perfecta obedientia, Christum sequi, eique individualiter adherere. Et ut ait Albertus Magnus, tanquam alter Amasias Davidi, sic locuti sunt Apostoli Christo 1. Paralip. 12. n. 8. Tui sumus, ô David, & tecum, fili Isai;

Albertus Magnus 1. Par. 12.

pax, pax tibi, & pax adiutoribus tuis, te enim adiuvant Domini.

QUESTIO XVIII.

Quare relicto patre Iacobus, & Iohannes sequuntur Christum.

Ratio difficultatis est; quia Exod. 20. n. 12. præcepit Dominus: Honora patrem & matrem tuam, ac sit longævus super terram. Ergo, cùm ebedæus esset tenex in ætate iam provecta, videbatur, quod à filiis derelinquendus non erat, cùm eorum ope ad vitæ ministerium indigeret. Ad questionem.

Prima, & germana solutio: Adeo fuit efficax Christi vocatio cum suæ divinæ gratiæ auxiliis, quibus mori sunt; atque attracti, ut relictis omnibus, parente, navis, ac retibus, Christum sequerentur; Christi enim vox cœlestis quoddam habebat incantamentum Spiritu sancto cooperante, ut explicavi superiori quæst. 12. Unde ait Euthymius. Horum fidem intueri, qua patrem etiam despexerunt. Necessè est, parentibus quoque præponere Christum.

Ad argumentum factum in principio respondeo, quod parentes non sunt relinquenti, si non habent, unde alimenta possint comparare. Ille, autem Zebedæus, licet dives non fuerit, tamen secundum suum statum, solatia habuit unde vivere possit, ut notant hic Albertus Magnus, D. Thomas; nam habebat domum in Jerusalem, ut dixi supra ex Nicéphoro; deinde habebat navim, & mercenarios, ut patet ex præsentis textu. Et cùm pater haberet alimenta, licitum est filio, ipsum relinquere, & Religionem ingredi: ut docent D. Thom. Quodl. 3. art. 16. Sylvest. verb. Religio 2. n. 7. Navar. in summa cap. 14. n. 14. Azor. lib. 12. insti. c. 1. quæst. 8. Rodr. tom. 3. q. 13. art. 5. Sanch. in summa lib. 4. c. 20. m. 3. E. in his, quæ sunt perfectionis status, filius non est subditus suis parentibus, ut docent Clavis Regia lib. 7. c. 6. m. 9. Moltes. in summa de peccatis, tract. 1. c. 18. m. 94. Bonae. in Decalog. disp. 6. quæst. unic. punct. 4. n. 2. §. tertio filium.

Venio jam ad rationes morales quæstionis. Secundò D. Chryostomus homil. 7. in Imperfecto. Vide, ait, quia Petrus quidem, & Andreas dicuntur reliquisse retia: Iacobus autem, & Iohannes patrem, & navim. Tria sunt enim generaliter, qua relinquere debet omnis, qui venit ad Christum: actus carnales, substantiam mundanalem, parentes carnales. Per retia enim piscationis actus carnales relinquenti significantur: per navim autem, substantiam; per patrem verò, omnes parentes. Ferè similiter D. Thomas, Norandum, ait, quod duo superiores navem tantum, isti autem reliquerunt retia, navem, & patrem, ut patet ex textu adjuncto Græco, vel Syriaco. In quo significatur, quod propter Christum debemus omittere terrena omnes occupationes, per rete significatas. 2. Timoth. 2. n. 4. Nemo militans Deo implicat se negotiis secularibus. Relinquendæ sunt divitiæ, vel possessiones, per navim designata. Marth. 19. nam. 21. Si vis perfectus esse, vende omnia, quæ habes, & da pauperibus. Affectus carnis relin

133. Exod. 20.

134.

Efficax Dei vox.

Euthym.

135.

Alber. Mag. D. Thom.

Sylvest. Navar. Azor. Rodrig. Sanch.

Clav. Reg. Moltesius. Bonacina.

136. Chryso.

Qui venit ad Christum substantiam mundani carnisque relinquit affectus.

D. Thom.

2. Timoth. 2.

Matth. 19.

relin

relinquendus, qui per patrem demonstrator, Psalm. 44. num. 11. Obliviscere populum tuum, & domum patris tui. Ferè similiter Glossa Interlinearis.

Et quia Joannes omnes carnales relinquit affectus, ideo ejus tutelæ creditur purissima Virgo, Christus in cruce pendens matri suæ dixit: Mulier: Ecce filius tuus. Deinde discipulus: Ecce mater tua, Joan. 19. num. 26. Sed undè Joannes tantum meruit, ut sacratissimam Virginem in matrem suam acciperet: In ipso maxime apparet, ac cernitur carnis, & sanguinis renuntiatio. Nam in Evangelio de nullis aliis expressè legitur, & habetur, quod cum suis temporalibus bonis simul patrem reliquissent, nisi de filiis Zebedæi, ut narrat noster textus, Et sacratissimi virginei thesauri ille dignissime custos existebat, qui alienus erat ab omni carnis, & sanguinis affectu, nihil que de suis noverat, qui totus ad Dei cognitionem erat intentus. Eleganter D. Ambrosius in exhortatione ad virginitatem; Ideo, ait, illa n. scilicet Virginem Mariam, Domini ut de cruce discipulo suo, dilecti sibi sibi, tradidit sancto Iohanni cui dixit patri, & matri suæ: Non novi vos. Deumque vocatus a Christo relinquit patrem, Verbum secutus. Hinc traditur Virgo, qui suos reserat; huic traditur Virgo, qui suos non cognovit. Ex his etiam considera, quantum recipit homo pro illis, quæ pro Deo dimittit. Petrus nam reliquit, cujus loco gubernacula totius Ecclesiæ suscepit Joannes patrem pro quo sanctissimam Virginem Mariam in matrem accepit, quæ ut ei esset mater data est.

137. Joan. 19.

Virginis aliena ab affectu carnis & sanguinis.

Ambros.

Multum accipit homo pro his quæ propter Deum relinquit.

138. Theophil.

Pater ac conianguineus infidelis relinquentis.

139. Genes. 12. Rabbini. August.

Cyrril. Alex. Chrysol. Tilm.

Valde periculosum cum infideli conianguineo versari.

Abulen. Th. Angl.

Abulen. Th. Angl.

tui & amori contrarius facilis homo impeditur, & retrahitur à bono, erabuntque ad malum, quam ab ignotis, & extraneis.

Dei mandato maxime edoctus est Abrahamus, ut cognosceret, quàm nociva sit aqua mortifera consanguineorum infidelium societas. Anrequam ipse à vivis discederet, cum multos filios haberet, Genes. 25. num. 6. Filius concubinarum largius est munera, & separavit eos ab Isaac filio suo dum adhuc ipse viveret ad plagam orientalem. Nil fortius fraterna concordia; nil jucundius quàm fratres habitare in unum, Psalm. 132. n. 1. Cur ergo bone tenex, filios tuos inter se mutuo separas? Nonne melius erat, ut simul in eadem habitarent civitate, ut se ad invicem possent adjuvare; cur igitur eos dividit? Præsciebat, concubinarum filios futuros esse idololatras; ne ergo eorum societate conquinarentur filii Isaac, in quibus, per revelationem divinam certus erat, cultum veri Dei esse per mansurum, ideo eos inter se dividit. Nam qua mvis filij Isaac cum Gentibus inanium Deorum adorationi deditis habitarent, non tamen ita ab his fœdulo cultu conquinari valebant, ut ab illis, qui sanguine erant conjuncti. Abulen. Abraham, ait, Deo revelante cognovit, quod cuius Dei suis successoribus suis per Isaac mansurus erat, ideo divisi eos ab Isaac, ne posteritas illorum posteritatem Isaac à Dei laudibus distabaret.

140. Genes. 25.

Psal. 132.

Abulen.

Abulen.

QUESTIO XI.

An Apostoli ita reliquerint navim & retia, ut postea de eis non dispoissent?

Ratio difficultatis est. Quia videretur valde irrationale, quod relinquerent ea, quæ possidebant in littore ut peirent. Deinde, quia isti poterant obedire vocationi Christi; & postea de suis bonis dispoire; ut faciunt illi qui Religionem ingrediuntur. Hanc quæstionem satis latè explicat Abulen. quæst. 111.

141. Ratio difficultatis.

Abulen.

In hac quæstione breviter dico, quod ubi primum à Domino sunt vocati, statim sunt sine ulla contradictione relictis omnibus, ipsum secuti. Ita expressè ait textus de Petro, & Andrea, Iacobo, & Ioanne. Ita loquuntur sancti Pater, Chryso. homil. 14. Nihil distulerunt, nihil omnino cunctati sunt. Non dixerunt: Revertamur domum, loquamur propinquis: sed cuncta illico reliquerunt. D. Gregorius hom. 5. in Evangelia. Ad unum Domini præcipium, hoc, quod possidere videbantur, oblii sunt. D. Bernardus, Continuo, nihil dijudicantes, aut hæsitates, sine mora relictis retibus, & navis secuti sunt eum. Similiter D. Basil. Seleucus Orat. 30. Beda, D. Thom. Albert. Magnus, Cassianus & alij.

142.

Chryso.

Gregor. Bernard. Basil.

Beda, D. Thom. Albert. Mag. Cassian.

Et probatur: quia Christus Dominus dixit cuidam, Sequere me; & ille respondit: Domine, permittite, me primum ire, & sepelire patrem meum; dixi autem ei Jesus: sine mortuis sepelire mortuos suos. Luc. 9. n. 59. & 60. Ergo, si non licuit immorari propter officium valde pium parenti præstandum; nec etiam licuit propter rerum temporalium dispositionem: imo quidam dixit Christo: Sequar te, Domine. Sed permittite michi primum

143.

Luc. 9.

Si Christus vocat, relinquentia omnia.

Luc. 9. *primus, veniuntur his, quae domi sunt.* Ait ad illum Jesus: *Nemo mittens manum ad aratrum, & respiciens retro aptus est regno Dei;* Luc. 9. n. 62. Ergo vocato non licuit domum redire ad bonorum dispositionem.

144. *Secundò dico Jacobus, & Joannes secuti sunt Dominum absque eo, quòd domum redirent.* Nam Marcus ait 1. n. 20. *Relicta navis, & patre cum mercenariis secuti sunt eum.* Ergo non disposuerunt de illis; præcipue cum ibi adessent pater Zebedæus, & mercenarii qui de illis haberent curam.

145. *Tertiò dico Petrus, & Andreas, vocante Domino, statim secuti sunt eum, de omnibusque obliti fuerunt.* Aded magna & efficax est Dei vocatio, ut omnium temporalium oblivionem præster. Abulensis *cit. q. 11* vult, quòd ita illa dimiserint, ut amplius de eis non disposuerint. Franciscus Lucas in *c. 4. Matth. n. 20.* inquit, quod retia ita reliquerunt, ut mox fierent hominum præda eorum, qui illa essent inventoria navis autem non ita mox aufertur, quin paulò post definire poterint, cui vellent illam dare. Et fortè tam retia, quam navis fuerunt custodia ab aliquo, vel Zebedæo, qui ibi propè erat; & postea obiter incedendo potuerunt illam dare alicui consanguineo, vel pauperi petenti, sicut inf. à *Matth. 8. n. 14.* dicitur, quod Christus venit in domum Simonis, ubi locus ejus jacebat infirma. Ipse Petrus jam reliquerat omnia, & tamen domus dicitur illius, in qua ejus locus infirmabatur, quia, ut ibi docent Expositores cum Maldonato, Petrus fuerit pauperi sua reliquit: Et ita patet solutio ad rationes dubitandi in principio positas.



CAP. IX.

Iesus predicans in Galilæa.

Matth. 4. 28. Et circuibat Jesus totam Galilæam, docens in Synagogis eorum, & prædicans Evangelium regni Dei: & sanans omnem languorem, & omnem infirmitatem in populo.

VERSIONES.

Syriacus. Et perlustrabat Ieschua universam Galilæam: docebatque in Synagogis eorum: & prædicabat Evangelium regni: atque sanaba totum dolorem, omnemque languorem in populo.

Vatablus. Et obibat totam Galilæam Iesus, &c. Curansque omnem morbum, om-

nemque languorem in populo.

Græcus apud Cornelium à Lapide. Sanans omnem morbum jam habituatam, & omnem mollitiem, & languorem.

ALTER TEXTUS.

Marc. 4. n. 14. Venit Iesus in Galilæam prædicans Evangelium regni Dei.

EXPOSITIO.

DIVUS Chrylost. hom. 8. in Imperfecto. *Omnis Rex, ait, pugnaturus contra adversarium, prius congregat exercitum, & sic vadit ad pugnam; sic & Dominus contra Diabolum pugnaturus prius congregavit Apostolos; & sic cepit Evangelium prædicare.* Postquam Dominus præclarissimus vocavit Apostolos, ad debellandum adversarium procedit, & beneficentia sua in populos largitur magnitudinem. In quò tria exercet: Primò, *Circuibat Iesus totam Galilæam,* non in uno loco commoratur, & detinetur; sed ut verus Dominus, & Rex omnem circuit, & lustrat. Secundò, *Docens in Synagogis eorum,* hoc est, in cætu, & frequentia populi eorum, quæ legis, quæ Cajetan. Religionis, quæ iustitiæ sunt. Et prædicans Evangelium regni, ut habet *Marc. Evangelium regni Dei.* Evangelium idem est, ac bonum nunciùm, ut dixi *l. 1. in præfatione ante opus.* Publicabat ergo Christus Dominus felicissimò, fastuosumque nuntium instantis cælorum regni. Tertiò cum ipsa doctrina ac prædicatione Christus suæ virtutis opera conjungebat; dans prædicatoribus exemplum, quod sint maxime solliciti, ut honestatis opera, verba, ac doctrinæ suæ documenta sequantur. *Sanans omnem languorem;* ut verus Messias, sicut prædictum erat ab Isaia *61. num. 1. Luc. 4. n. 18.* Omnem infirmitatem sanat, seu ut hic legitur ex radice Græca, morbum, qui, ut ait Euthym. *est diutina perversio habitudinis corporis;* omnes enim morbos, etiam insanabiles Christus curabat. *Et omnem infirmitatem.* Ut ex radice Græca colligitur, & notant ipse Euth. Cajet. Franc. Lucas, & lassitudo, seu mollities corporis morbi prænantia, qua multi tabescunt, & languent, et si non decumbant. *In populo,* quicumque è populo laborans, ipse oblatus sanitatem obtinebat, ac recipiebat.

QUESTIO I.

Quare Iesus predicando totam Galilæam circuibat?

Respondeo primò ad litteram cum Abulensi *quæst. 114.* quod in hoc ostenditur sedulitas, diligentia, & studium Christi erga salutem generis humani. Christus venit in mundum ad annuntiandam veritatem verbi

Joan. 18. *verbi Dei, ut ipse dicit Pilato Joan. 18. n. 37. In hoc natus sum, & ad hoc veni in mundum, ut testimonium perhibeam veritati.* Cum autem ista veritas omnibus esset necessaria, ideo Christus voluit, omnibus, quibus moraliter poterat, prædicare: & propter hoc quando in aliqua civitate rogabatur diutius manere, nolebat, sed dicebat *Luc. 4. n. 43. Aliis civitatibus oportet me evangelizari: regnum Dei, quia ideo missus sum.*

Luc. 4. *Secundò D. Chrylostomus homil. 8. in Imperfecto. Circuibat, ait, totam Galilæam sicut studiosus Medicus circuibat graviter agrotante, singulis quibusque passionibus adhibens congruas medicinas: quia debiles illi ad Aledicum venire non poterant. Infirmi suis morbis detenti, ad Dominum venire non poterant; ipse verò cælestis Medicus se humilians, ad eorum imbecillitatem condescendens, ipsos quærebat, ut medicam daret. Tertiò proximè citatus Abulensis. Quia Christus Dominus in principio suæ prædicationis erat incognitus; propter hoc ad eum audiendum pauci veniebant. Ut ergo in brevi omnibus esset cognitus per miracula quæ operabatur, totam Galilæam circuibat, ut ita ad eum audiendum venirent omnes; omnisque ita ad cælorum regnum lucrifaceret.*

4. *Quartò D. Paschasius lib. 3. in Matth. Ex quo, ait, liquido perdoct, quàm sedulum oportet doctorem esse in docendo: quia omnino pigritia Prædicatoribus non expedit; sed ut circumeant, non pariem: sed totam, qui præesse cernuntur, plebem. Neque præoccupentur, negotiis seculi, sed doceant presentium mandatorum doctrinam. Similiter D. Remigius. In hoc, ait, doctorum vita instruitur, ut non sint pigri, docentur per hoc quod dicitur: Circuibat Iesus. Pigritia maxime est detestanda à Prædicatore, atque doctore, cum ex munere suo habeat omnes instrere, atque docere. Et propter hanc, quam debent habere, sedulitatem dicuntur prædicatores, ut notat Albert. Magnus hic, missi. Quomodo prædicabunt, nisi mittantur, Roman. 10. n. 15. Discurre, festinus, insista amicis tuis, proverb. 6. num. 3.*

5. *Quintò, Divus Thomas. Quia non erat acceptor personarum, terrarum, vel viciorum, sed circuibat totam Galilæam absque differentia. Marc. 1. n. 38. Eamus in proximos vicos, & civitates, ut ibi prædicem. Discurrebat Dominus per omnem civitatem, ne videretur acceptor personarum, vel locorum. Christus erat è civitate Nazareth: si autem solum ibi prædicaret, quæ erat civitas, & patria sua; videretur favorabilior illis gentibus, quam cæteris; & ideo ut communis omnium Magister, discurrebat per omnem locum prædicans, & docens.*

6. *Sextò, Circuibat Iesus totam Galilæam. Perambulabat Dominus per oppidula, & vicos: quia in his locis parvis, & exiguis major est necessitas cælestis doctrinæ, quàm in magnis locis, & civitatibus, ubi sunt multi, magnique doctores, atque Magistri: qui valde frequenter docent, & erudiunt populum. Septimò, Si crudelis, & impius Diabolus circuit quærens quem devoret, 1. *Petr. 5. n. 8.* multo magis pius, & misericors Dominus circuit, & perambulat terram, ut hic medeat; Palatius, quærens, quem salvet, & vivificet.*

7. *Octavò, Circuibat Iesus totam Galilæam, tanquam bonus, & optimus prælatus, qui propriis*

oculis videt & lustrat totam suam provinciam, sanans omnem languorem, & infirmitatem animi, & morum in suis subditis, Samuël. *ibat per singulos annos, circumiens Bethel, & Galgala, & Masphah, & judicabat Israel in superdicis locis, 1. Reg. 7. n. 16.* Quo exemplo maxime informantur Prælati, ut per semetipsos visitent suos, ac eorum causas videant, atque cognoscant. Carthosianus ibi sedulitatem Samuëlis laudat. *Sic omnino, ait, veri Episcopi, Archidiaconi, Abbates, & ceteri visitatores; omni tempore opportuno, in iure determinato debent subditos suos cænobii, collegia, parochias charitativè, & strenuè visitare, vitia extirpare, collapsa, & deformata totis viribus reformare; bonos confirmare in bonis, & provocare ad meliora. Et nota, quod visitat Samuël Bethel, id est, domum panis; Galgala, id est, rotam, Masphah, id est, speculam. Quia Prælatus visitat domum panis, id est, Sacramentum, ac Sanctuarium, in quo cælestis panis reconditur; & visitet etiam volubilem rotam rerum civitatis, ac diceccis; & sit in Masphah, hoc est, maneat in perpetua specula, & vigilia ad suos custodiendos in bonis. Vide cap. 2. num. 11.*

QUESTIO II.

Quare Christus ambulabat per diversa loca prædicando, cum tamen Baptista hoc non fecisset?

EX cap. 3. *Matth. & 1. Marci, & 3. Luca* constat, quòd Joannes baptizaverit ad ripas Jordanis; nam quamvis *Joan. 3. n. 23;* dicatur, quòd Joannes erat baptizans in Anon juxta Salem; locus non est multum diversus, neque distans, quia, ut notat Divus Hieronymus *de locis Hebraicis,* civitas, seu locus Salem juxta Jerusalem erat. Quærimus ergo, cur Iesus prædicans circuit totam Galilæam, & diversa loca; & tamen Joannes commorabatur apud ipsum Jordanem prædicans?

Respondet primò Abulensis *quæst. 115.* quod non fuit conveniens Joanni discurrere per varia loca: sicut fuit conveniens Christo: nam discurrere per varia loca, repugnabat intentioni Joannis, siquidem ipse ad hoc missus est ut baptizaret in aqua, & ipsum Christum baptizaret & ab illo baptizaretur, *Matth. 3. n. 13.* & in ipso baptismo Christum Dominum verum esse Messiam universo populo digito ostenderet. *Joan. 1. n. 30. Ego nesciebam eum, sed ut manifestetur in Israël, propterea ego veni in aqua baptizans. Et ita factum est circumstante populo, ut semel, & iterum Christum Dominum digito ostenderet, dicens: Ecce Agnus Dei, Joan. 1. n. 29. & 36.* Ad istam autem ostensionem faciendam, oportebat, quod totus Judæorum populus, vel eorum magna pars esset præsens, si autem Joannes discurreret per multa loca, non confluerent ad eum multi populi, scientes, quòd Joannes ad ipsos veniret: & certum est, quòd multi magis populi ad ipsum, dum ille permanens in uno loco baptizabat, convenirent; & ita multo magis publica, & manifesta facta est Christi ostensio, & designatio in loco.